



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

Svmmarivm Homiliæ Primæ Seqventis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53012)

# SUMMARIVM

## HOMILIAE PRIMAE SEQUENTIS.



**M**ENS prædicatorum ea est, ut hominem, tanquam lapidem viuum expoliant, qui dignus sit in templo gloriae collocari. In tria hoc Evangelium diuiditur puncta; quibus docemur, quâ ratione labor ille sit impendendus: nimirum circa omnes partes. *a* Prima pars fit, in ordine ad seipsum per penitentiam, & opera mortificationis, præscindendo ipsum peccatum, *b* tam rigorosum sibi indicendo ieiunium, quale legimus *b* §. 1. 3. fuisse Niniuitarum, *c* quod tale si fuerit, tres illos operatur effectus; quos annulus *c* §. 4. ferreus in radice arboris Nabuchodonosor, & quos Ecclesia mater exponit; vitia comprimit, mentem eleuat, virtutem largitur & præmia. *d* Pars secunda in ordine ad Deum per puram sui nominis & gloriae Intentionem; quâ rectè dirigamus cor nostrum, quod Deus præ cæteris intuetur, *e* Tertia pars, designatur in ordine ad proximum per elemosinas pauperibus erogandas, quos Deus in hoc mundo velut portitores creauit, quorum manibus bona nostra præmittamus illis, ubi nos præstolantur, quò tandem nobis est deueniendum. *f* Ut verò doctrina hæc, quæ animæ *f* §. 14. 15. inscribitur, non expungatur, additur quartum punctum de Cineribus: quos nobis ut pulueri, Ecclesia mater affricat, præclara his connectens documenta, verbis his conclusa: *Memento, homo, quia puluis es* &c.

*g* §. 16.  
*16. 17. 18.*  
*19. 20. 21.*  
*22.*

- §. 1. Homo ut lapis in templo gloriae collocandus, ex triplici parte expoliri debet: quod nobis hodie Christus in Evangelio proponit.
- §. 2. Labor primus in ordine ad nos impenditur cum ieiunio, præscindendo arborem peccati.
- §. 3. Magno mysterio vocatur tempus quadragesima, tempus acceptabile, in quo melius, quam in festo Expiationis destruitur peccatum, eiusque radix forti ieiunio constringitur, quemadmodum & illa Regis Nabuchodonosor.
- §. 4. Ostendant nobis Niniuite quomodo sit agenda penitentia.
- §. 5. Forte debet esse ieiunium, ut antiquitus, & discretum, vires vestras bene perpendendo secundum Prælati iudicium.
- §. 6. Primus ieiunij effectus, est compressio vitiorum, carnem affligendo, ut eorum radicem.
- §. 7. Secundus ieiunij effectus est, mentem *sursum erigere, ad contemplationem autem apprimè necessarium est ieiunium.*
- §. 8. Tertius ieiunij effectus est, dona à Deo consequi: cui molesti sunt, qui hoc formidant, similes Elephanti.
- §. 9. Secundus labor: Expolendus est homo in ordine ad Deum, in eum cor suum dirigendo, quod ipse Deus præ cæteris intuetur.
- §. 10. Non tanti Deus opus aestimat, quanti ipsum cor: est autem hoc in magnum bonum nostrum, ut pessimus facere oculorum inuentionem: sic loquitur Salomon.
- §. 11. Ne venderis opera tua bona oculis hominum; est enim eorum merces sine fructu vanitas, ut dixit Dauid.
- §. 11. Præterde pro operibus tuis bonis non minorem mercedem, quam Abraham: & D. Thomas, ut te mulier illa cælestis informat.
- §. 13. In abscondito facito opera tua bona, sicut Christus sua, ut integra conseruentur.
- §. 14. Superabis artes, quibus infernalis Pharaon.

Hieron. Bapt. de la Nuza. Tom. 2.

A. 726

rati conatur perdere opera tua bona. si ea ab oculis hominum abscondas, sicut Amram & Iochabed filium Moysen ab oculis Aegyptiorum.  
 §. 15. Bona opera à prestigatoribus liberaluntur, si o uli vestros in Deum fixeritis, componente si uerum, quasi Deus statuit car delabri luminum, & Altaris aromatum.  
 §. 16. Imaginare te ad stare conspectui Dei, quando ieiuras, & in enim te os desige oculos cum Dauide, & ut sancta Ezechielu animalia.  
 §. 17. Tertius labor. Expoliendus est homo in ordine ad proximum, id est, elemosynis, quibus in celo thesaurizatur.

§. 18. Posuit Deus pauperes in vectores diuinibus. Dixit hoc S. Franciscus, quod & Sancti agnouerunt.  
 §. 19. De Cineribus insurgunt in nobis anxie sollicitudines, quae à somno excient, ut musca Aegyptios.  
 §. 20. Omnia mors redigit in cineres, ut lapillus ille omnia metalla statua Nabuchodonosor.  
 §. 21. Habeatur amodo ut puluis, qui adhuc uiuit, ut mortuus positus in phoretro, sicut Noë conclusus in arca.  
 §. 22. Est homo lutum sed illitum, instar idoli; ex suorum pedum sonitu dignoscens, sicut altera Regina uxor Regu Hierobam.

# HOMILIA PRIMA DE IEIUNIO, INTENTIONE

SANCTA, ELEMOSYNA, ET CINERIBVS.

Primo die Mercurij Quadragesimae.

Cum autem ieiunati nolite fieri sicut Hypocritae tristes, Matthaei 6.

¶ **I**AM, per Dei misericordiam, peruenimus ad sacrum Quadragesimae tempus; tempus (ut ait S. Ambrosius) non ex desiderio, aut hominum cerebro institutum: verum Diuinâ autoritate consecratum: Non ab hominibus constitutum, sed Diuinitus consecratum, non terrenâ cogitatione inuentum, sed caelesti maiestate praeceptum. Quid uero Deus in hoc praerendat, asserunt S. Basil.  
 a Hom. 1. a S. Ambrosius hoc esse, nos perimouere, ut ram  
 de ieiunio. bellum indicamus, ut eis perfecte finem imponamus. Idcirco statim in huius temporis principio, sanctus praedit propheta Iosel, legem omnibus praedicatoribus praescribens, nobisque ex parte Dei mandans, ut uobis classicum intonemus: Capite tuba in Sion. Quasi uobis diceret: Eia praedicatores, & Euangelij mei ministri, bel-

lum publicate, conclamare, ad arma. Optime proposito nostro nobis occurrunt illa uerba quibus olim fortissimus ille Dux Ionathas milites suos animauit. Surgamus, & pugnemus contra inimicos nostros: non est enim hostis sicut heri & nudius tertius: ecce enim bellum ex adverso. Oro & socordia torpuerant hi milites, elapsis proximis diebus; accidit uero, ut mane surgens generosus ille Dux, uideret accedentes inimicos, qui castra eius aggressuri, confidendi sese offerrebant: praecipiteis, quibus ex officio competebar, ut fortiter pleni que buccis tubis intonent; ipse uero conuersus ad populum, sic ait: Eia fortes, eia milites, eia animosi, an non tubas clangentes percipitis? ad arma, ad arma. Surgamus, & pugnemus contra inimicos nostros. Attendite: hodie uis enim dies multum differat hesternum; Non est enim hostis sicut heri & nudius tertius. Ecce sese conspectus nostro audax offert inimicus: Ecce bella ex aduerso